

Vermuthung wird durch zwei Thatsachen unterstützt: 1. Dass in den älteren Blättern, bei welchen der Assimilationsprocess, wie oben hervorgehoben wurde, schwächer ist, der Oelgehalt in den Mesophyllzellen nicht nur nicht geringer, sondern sogar grösser als in den jungen Blättern ist,<sup>1)</sup> und 2. dass dem Oele, besonders in dem die Gefäßbündel der Blattstiele umgebenden Parenchym<sup>2)</sup>, aber auch in Mesophyllzellen<sup>3)</sup>, Gerbsäure beigemengt ist; was eben Pfeffer für die Oelkörper der Lebermoose auch nachgewiesen hat. Nach dieser Analogie wäre es zu vermuthen, dass das Oel aus den Mesophyllzellen der *Musaceen* keine weitere Verwendung findet; ob es aber wirklich so ist, oder ob das Oel noch weiter zum Wachsthum als Zellstoffbildner verwendet wird, müssen weitere Untersuchungen zeigen; so viel steht aber fest, dass dieses Oel kein Assimilationsprodukt ist, sondern dass es erst nachträglich, unmittelbar oder mittelbar, aus der durch Assimilation entstandenen Stärke entsteht. Ich will damit nicht behaupten, dass es nicht Pflanzen gebe, bei denen das Fett das erste sichtbare Assimilationsprodukt sei, dass dies aber bei den *Musaceen* nicht der Fall ist, darüber besteht kein Zweifel.

Lemberg, Januar 1877.

---

### **Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.**

Continuatio septima et vicesima. — Exponit W. Nylander.

#### *1. Collemopsis leptogiella* Nyl.

Thallus olivaceo-fuscus, tenuiter subcoralloideo-furfurellus (crassit. circiter 0,2 millim. vel tenuior), effusus; apothecia testaceo-lurida minuta leptiomorpha (latit. circiter 0,15 mill.), epithecio impressulo vel demum subplano, marginatula; sporae 8 nae incolores ellipsoideae vel oblongo-ellipsoideae, longit. 0,010—17 millim., crassit. 0,005—7 millim., paraphyses graciles vel gracilescentes, apice crassiores. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvo-rubescens.

1) Vergleiche das Referat von Kraus bot. Zeit. 1873. s. 234, wo erwähnt wird, „dass bei älteren Blättern das Oel sich auch frei in zahlreichen Tropfen in Chlorophyllzellen findet“.

2) Briosi l. c. S. 547.

3) Briosi l. c. S. 549.

Super saxa quartzosa in Hibernia, Galway, legit el. Larballlestier ad Kylemore (insigne praedium liberalissimi Henry M. P.).

Species peculiaris, facile generis proprii sejungendi. Thallus confuse cellulosus. Ramuli thallini furfuracei (crassit. 0,05 millim. vel tenuiores), subpapilliformes (fere ut in *Leptogio microscopico*, sed breviores). Gonimia fere medioeria.

## 2. *Pterygium Lismorensis* Cromb.

Thallus nigricans vel olivaceo-nigricans, tenuis, subsfurfuraceus, passim tenuiter vel obsolete radiosus, adnatus, varie confuescens; apothecia nigra marginata (latit. 0,5 millim. vel minora), intus obseura; spora 8 nae incolores ovoides 1-septatae, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,005—6 millim., epithecium coerulescenti-nigrescens, hypothecium cellulosum violascenti-nigricans (cum perithecio). Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein lutescenti-obscurata.

In Scotiae borealis insula Lismore super saxa calcarea maritima (Crombie).

Species affinis *Pt. asperello*, a quo mox distat thallo non coralloideo et sporis minoribus.

## 3. *Lecanora submergenda* Nyl.

Thallus cinereus vel obscure cinereus, tenuis, laevigatus, areolato-rimosus; apothecia cerino-rufescens superficialia subzeorina (latit. 1 millim. vel minora), margine thallino tenui integro cineta, spora 8 nae ellipsoideae vel oblongo-ellipsoideae, indistincte placodiomorphae, longit. 0,009—11 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses suberassiusculae articulatae.

Supra saxa granitica saepe submersa rivi la Glane in praefectura Haute Vienne (Lamy).

Species est jam minutie sporarum bene differens a comparandis *L. diphyode* et *viridirufa*. Sporae apparent 1-septatae et sunt saepe medio subconstrictae. Epithecium K purpurascens. Spermatia oblonga, longit. circiter 0,0035 millim., crassit. 0,0006 millim.

## 4. *Lecanora occidanea* Nyl.

Thallus cinero-albidus depresso-granulosus, sat tenuis, indeterminatus, passim subdispersus (K flavens); apothecia fusco-rufescens (latit. circiter 0,5 millim.), subzeorina, margine thallino

integro demum cinerascente; sporae 8nae oblongo-ellipsoideae, longit. 0,010—14 millim., crassit. 0,004—6 millim., paraphyses mediocres, epithecium rufo-fuscescens non inspersum. Jodo gelatina hymenialis coeruleescens, dein lutescens vel subicolor et thecarum coerulecentia persistens.

Supra saxa argillacco-schistosa in Galliae occidentalis regione Rhedonensi (Brin).

Est species arcte affinis *L. Bogotanae* Nyl. Lich. N. Granat. p. 543, sed thallo cinerascenti-albido et apotheciis obscurioribus praesertim differt. Spermatia leviter arcuata, longit. 0,015—20 millim., crassit. 0,0005—6 millim. Variant sporae spuriæ 1-septatae.

### 5. *Lecanora atriuscula* Nyl.

Thallus cinereus tenuis granulato-continuus vel passim tenuissimus, indeterminatus; apothecia nigra opaca adnata (latit. 0,5—0,7 millim.), intus albida, margine thallino tenui demum subhevante cincta; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,009—0,014 millim., crassit. 0,004—5 millim., epithecium sordide nigrescens, paraphyses non bene distinctae, apice clavato fuscognigrescente, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coeruleescens, dein sordide vinose tincta.

Super corticem vetustum betulae in Finlandia, Hollola (Norrlin).

Species nulli cognitae affinis, quantum video. Thallus reagentiis nostris non mutatus. Apothecia stratum tenue formantia saepe conferta et demum difformia; epithecium Acido nitrico non-nihil rosello-tinctum (at K non reagens). Spermatia oblongo-ellipsoidea (longit. 0,003 millim., crassit. 0,0015 millim.), si spermogonia frequenter visa huic speciei vere pertineant, nam esse possint parasitae, quod ulterius est examinandum. Facies fere *Lecidæ decolorantis* ejusdam apotheciis obscuratis.

### 6. *Lecanora rivularia* Nyl.

Thallus ochraceo-albidus tenuis vel tenuissimus, laevis, rimulosus, subdeterminatus; apothecia nigricantia innata subimpresula minutula (latit. 0,1 millim. vel parum latiora), intus incoloria; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,012—17 millim., crassit. 0,008—0,010 millim., epithecium ochraceofusco-granulosum, paraphyses mediocres molles. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvo-rubescens.

Crescit submersa super lapides argillaceo-schistosos rivuli in regione Galliae occidentalis Rhedonensi (Brin).

Species minuta aquatalis omnino distineta. Accedit figura id *L. flavidam* Hepp. sed est tenerior et habet gelatinam thalamicum incolorem (nec superius coerulecentem). Thallus nec K, nec I reagens. Spermatia tenella bacillaria, longit. 0,0035 millim., crassit. 0,0005 millim.

### 7. *Pertusaria leucosora* Nyl.

Thallus obscure cinereus granulato-areolatus, mediocris crassitiei, granulis demum in soredia alba convexula abeuntibus.

Supra saxa quartzosa in Haute Vienne ad St. Junien (Lamy).

Accedere videtur ad *Pertusarium melanochloram*, sed thallus non papillosum, intus sorediisque solis K flavens (nec Ca Cl reagens). Sterilis modo visa.

### 8. *Lecidea achristotera* Nyl.

Forsan varietas *Lecideae glomerulosae*, reactionibus similibus, sed thallus glaucescens tenuis rugulosus, passim subdispersus, hypothallo incolore; apotheciis lividis marginatis, intus infra fuscescens (hypothecio ibi lamina tenui viso rufescente), paraphysibus granuloso-inspersis. Sporae saepius longit. 0,011—12 millim., crassit. 0,007 millim. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein incolor, sed thecae tum vinose rubescentes. Spermatogonia non visa.

Super corticem *Sorbi aucupariae* in Hogland (Wainio).

### 9. *Lecidea lepidotella* Nyl.

Thallus pallido-badius tenuis squamulosus, squamulis subrotundatis planis vel convexiusculis contigue aggregatis (latit. 0,5 millim. vel minoribus), margine albicantibus; apothecia nigra plana marginata (latit. 0,5 millim. vel minora), intus albida; sporae 8 nae incolores oblongae simplices, longit. 0,010—0,015 millim., crassit. 0,005 millim., epithecium lutescens, paraphyses mediocres molles non bene distinctae, peritheciun extus fuscum, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens (thecae praesertim distinctae).

In insula Hogland supra *Sirosiphonem saxicolam*, juxta *Lecideam fuscocinereum* crescentem (Wainio).

Forsan haec species parvula ad stirpem *Lecideae ostreatae* pertinere habeatur, at esse possit affinis *L. deusta* (Stenh.). Spermatogonia non visa.

10. *Lecidea instrata* Nyl.

Thallus fusconigricans ruguloso-laevigatus, subareolatim rimoso-diffractus, mediocris crassitie (crassit. 0,4—0,7 millim.), hypothallo nigro sectione visibili; apothecia nigra plana immersa (*instrata*), super thallum non emergentia, immarginata (latit. 0,5 millim. vel minora), interdum quasi margine thallino tenui cineta, rotundato-diformia, intus cornea; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,005—7 millim., epithecium fuscum, paraphyses mediocres non bene discretae (apice incrassato fuscescente), hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens (dein thecae lutescentes).

Supra saxa trachytica in Mont-Dore (Lamy).

Species videtur e stirpe *Lecideae rivulosa*, sed spermogonia ignota. Facies peculiaris ob apothecia in thallo insita (opaca) et sic non mox visibilia. Nec K nec I reactio ulla thalli manifestatur.

11. *Lecidea planula* Nyl.

Thallus obscure cinereus tenuis (crassit. circiter 0,2 millim.), laevigatus, areolato-diffractus, areolis planis anguloso-variis, hypothallus niger etiam passim inter areolas visibilis; apothecia nigra innata (latit. 0,3—0,4 millim.), plana, immarginata, tenuia, intus incoloria; sporae 8nae ellipsoideae simplices (longit. circiter 0,010 millim., crassit. 0,005 millim.), epithecium fuscum, paraphyses subcrassiusculae (apice incrassato fuso), hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein thecae luteoviolacee tinctae.

Supra saxa trachytica ad Mont-Dore (Lamy).

Affinis *Lecideae instratae*, sed facile distincta thallo tenui plano, areolis in hypothallo nigro instratis. Apothecia interdum margine thallino obsoletissimo cineta, ita facies quodammodo *Le-canorae* e stirpe *L. cinereae*.

(Finietur.)

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1877

Band/Volume: [60](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Addenda nova ad Lichenographiam europaeam](#)

[220-224](#)